HUGO DE SANCTO VICTORE. GUILELMUS DE SANCTO THEODORICO. BERNARDUS CLARAEVALLENSIS

Göttweig (?), 4. Viertel 12. Jh. Seite 10r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36641
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



sequitur. Et ab ipsis symbolice nobis et anagogyce manifes
tatas. celestium animorum ierarchias quantum potentes sumus
considerabimus. Est itaque ordo ut primum sacrarum scripturarum illu
minationes cum inuocatione ihu per quem interna illumina
tio datur. et sine quo exterior inanis est. inspiciamus. ac deinde
illuminante ihu ex ipsis sacre scripture illuminationibus. et
demonstrationibus celestium animorum. i. spirituum celestium prin
cipatus sacros et potestates qui nobis nisi per scripture sacre tra
diciones manifestarentur inuisibiles omnino essent et incog
niti. Consideremus. Hoc est enim quod ait. Considerabimus quan
tum potentes sumus siue quantum. Paruum est enim. Nrm
enim posse exiguum est ad tantam manignitudinem rerum.
Considerabimus ierarchias. i. sacros principatus celestium animorum.
i. angelicorum spirituum. ierarchias dico manifestatas nobis hoc
est demonstratas vel reuelatas. ab ipsis scilicet illuminationibus.
i. demonstrationibus sacri eloquii symbolice et anagogyce.
Symbolum est collatio formarum uisibilium ad inuisibilium de
monstratio est. Anagoge autem ascensio siue eleuatio mentis est.
ad superna contemplanda. Notat autem hic duplicem modum
reuelacionis diuine que theologorum et prophetarum mentibus infusa
est. per uisiones et demonstrationes quas greci theophanias appel
lant et diuinas appariciones. quomodo aliquando per signa sensibilibus
similia inuisibilia demonstrata sunt. aliquando per sola ana
gogen. i. mentis ascensum in superna pura contemplata. Ex his
vero duobus generibus uisionum duo quoque descriptionum genera
in sacro eloquio sunt formata. unum quo formis et figuris
et similitudinibus rerum occultarum ueritas adumbratur. aliud
quod nude et pure sicut est absque tegumento exprimitur. Cumque
ita formis et signis et similitudinibus manifestatur quod occul
tum est. uel quod manifestum est describitur. symbolica demon
stratio est. Cum vero pura et nuda reuelacione ostenditur. vel pla
na et aperta narratione docetur. anagogyca. Sequitur. Et